Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ad plateam que est ante portam aquarum: et dixerunt
esdre scribe. ut afferret librum legis moysi quem
precepit dominus israel. Attulit ergo esdras sacerdos legem
coram multitudine virorum et mulierum: cunctisque
qui poterant intelligere. in die prima mensis sep
timi. et legit in eo aperte in platea que erat ante portam
aquarum. a mane usque ad mediam diem. in conspectu
virorum ac mulierum sapientum: et aures omnis populi erant
erecte ad librum. Stetit autem esdras scriba super
gradum ligneum. quem fecerat ad loquendum: et ste
terunt iuxta eum. Et aperuit esdras librum co
ram omni populo: et benedixit esdras domino deo magno:
Et respondit omnis populus amen. Elevans autem omnis
suas populus manus incurvati sunt: et adoraverunt pro ni inter
ra. Porro levite silentium faciebant in populo. ad
audiendam legem: populus autem stabat in gradu suo.
Et legerunt in libro legis dei distincte et aperte ad in
telligendum. Dixit autem neemias sacerdos scribe
et levite dies sanctificatus est domino deo nostro nolite lugere
et nolite flere. Et dixit eis. Ite comedite pinguia
et bibite mustum et mittite partes eis qui non prepa
raverunt sibi. quia sanctus dies domini est et nolite contristari.
Gaudium enim domini est. fortitudo nostra.

In illo tempore Respondens unus S. Martinus